



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R.P. Clavdii Aqua-Vivae Societatis Iesv Præpositi  
Generalis V. Meditationes In Psalm. 44. et 118**

**Acquaviva, Claudio**

**Coloniæ Ubiorum, 1616**

30 Viam veritatis elegi: iudicia tua non sum oblitus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50645](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50645)

fiderium meum, vt legem tuam diligens,  
& mendacium horrens tua manu prote-  
gar, & viuificer. Nam te miserante viam  
mendacij abominatus, viam veritatis  
elegi.

Viam veritatis elegi.

**P**vlchrè viam veritatis, quam elegit,  
via mendacij, & iniquitatis opponit.  
Nam veritas, non vanitas verè liberat.  
Non est via veritatis (inquit Ambrosius) *Ioan. 8.*

honor seculi, sollicitudo mundi. Vanitas  
temporalium est, veritas æternorum. Si  
volumus igitur ambulare viam veritatis,  
peregrinemur seculo magis, quam Deo; *2. Cor. 5.*

& ambulemus per fidem. Qui enim per  
fidem ambulat, Deo præsens est, qui au-  
tem per speciem ambulat, adest seculo,  
peregrinatur à Domino. Vani autem  
sunt omnes homines, in quibus non  
est scientia Dei. Porrò eligere est inter  
vira aliquid seligere; &, cum plurima *Sap. 13.*

vera falsis, & vana veris permista sint, sta-  
tere apud se quid præoptandum sit. Eli-  
gimus autem iudicando, & discernendo.

Prudentia (inquit S. Augustinus: Prudentiæ  
est autem veram, Christianam, & veri-  
tam prudentiam. Nam iuxta antiquum  
cium.

estum Poetæ, qui sibi sapiens prodesse  
siquit, nequicquam sapit) Est amor acu-  
discernens ea, quæ iuuant ad Deum,  
quæ impediunt. Quod si eligimus

P tan-



tanquam pulchriora, & meliora, quid eligamus, quid melius diligamus (ait alibi idem Sanctus) quam quo nihil melius inuenimus? Hoc Deus est, cui si diligendo aliquid præponimus, vel æquamus, nos ipsos diligere nescimus. Quæ discretio, atque electio donum Dei est, & magnum donum, ut sciamus pretiosum à vili discernere. Inde Ieremias ex persona Domini. Si separaueris, inquit, pretiosum à vili, quasi os meum eris. Vbi, si sumatur os pro facie, ac vultu, quasi venustate quadam diuini oris, vultusque perfunditur, qui rectè discernit. Si verò pro ore, quo loquimur (vtrumque enim, & hebraica, & latina vox sensum patitur) significat sic hominem aptum fieri magisterio, ut non modo tanquam interpret, sed velut os Dei alios doceat, quæ sit voluntas Domini: & tanquam diuinus canalis eloquiorum cælestium aquas emittat. Verum opus est & sapientiali discretione, & experimentalis gustu, ut etiam ipse homo spiritualis butyrum, & mel comedens sciat reprobare malum, & eligere bonum.

*Isai. 7.*

Iudicia tua non sum oblitus.

Memoria **E**T quomodo obliuiscatur, qui ea dilectio-  
mandato-**E**XIT, concupiuit, in corde abscondit, de-  
rum assi-**X**it, concupiuit, in corde abscondit, de-  
dua sit. licias suas, & consiliarios statuit? Profectò  
qui hæc præstat, obliuisci non potest. Quæ  
me-



IN PSAL. CXVIII.

339

memoriae assiduitatem considera quam pulchrè Salomon, quamque significanter commendat. Liga, inquit, ea in corde tuo iugiter, & circumda gutturi tuo: cum ambulaueris, gradientur tecum: cum dormieris, custodiant te: & euigilans loquere cum eis: quia mandatum lucerna est, & lex lux: & via vitæ increpatio disciplinae.

PROV. 4.

Adhæsi testimonijs tuis Domine, noli me confundere.

Verbum קדף hebræum significat adhaerere, coniungi, agglutinari, ita ut nihil medium intercedat. Vnde & apud Iob de squammis arctissimè sibi coherentibus dicitur, Vna vni coniungitur, & ne spiraculum quidem incedit per eas: vna alteri adhærebit; & tenentes se nequaquam separabuntur. Sanctus Augustinus in psal. 62. legit. Agglutinata est anima mea post te, & ait. Videte desiderantem, videte sitientem, videte quomodo hæreat Deo Nascatur in vobis iste affectus. Si iam germinat compluatur, & crescat; perueniat ad tale robur, ut & vos dicatis ex toto corde, agglutinata est anima mea post te. Vbi est ipsum gluten? ipsum gluten caritas est. Caritas habet, quo glutine agglutinetur anima tua post Deum. Non post Deum, sed post Deum, ut ille praece-

Caritas  
gluten  
uniens  
Deo.

S. Aug. in  
Psal. 62.

P 2 dat,